Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8257
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



est trans et plasma quod est forma
Unde metaplasmus .i. transformatio
quia litera vel syllaba vel eius accidentia
de propria positione in aliam transfertur
Species methaplasmi per .xiiii. dicuntur
sunt .xiiii. scilicet prothesis epen-
thesis paragoge apheresis syncope
apocopa diastole sinaeresis vel diaeresis
Synaloepha Synalimpha Ecpiesis diathe-
thesis anathathesis Hic nota quod
methaplasmus fit mediante sicut
barbarismus nec ut dixi .xiiii. species
et sic triplex per additionem subtractionem
et transmutationem Cum fit per additione
habet tres species primo principium medium
et finem scilicet prothesim quae fit per addi-
tione in principio Epenthesim quae
fit per additionem in medio paragogen
quae fit per additione ad finem Ite
fit per subtractionem et sic habet tres species
contrarias datas tribus primis est Af-
feresis subtractio a principio dictionis per
thesi contraria Secunda est syncope quae
est ablatio de medio dictionis Epen-
thesi contraria Tertia est apocopa
abscisio de fine contraria paragoge
Et sic huius sex species Item fit per
transmutationem Et sic habet octo species ut
patebit Et sic sunt .xiiii. species numeri
Prothesis est appositio quam fit
ad principium dictionis ut vel sil-
labae ut gnato pro nato et retulit
protulit Sic enim dicebant antiqui
Et dicitur a prothos et thesis Ratio ut dicit
Donatus thesis quod est positio apo-
ad prothos quod est prius Et dicitur pro-
sis quia prothesis .i. prima positio litere
vel syllabae in principio dictionis vel pro
thesis dicitur a pros quod est ad et thesis
quod est positio Unde prothesis idem
appositio .i.
Epenthesis est appositio ad media
dictionem dictionis litere vel syllabe ut eliqui-
as donauit pro aliquis et induperator
pro imperator Hic enim in metro hexa-
metro aliter stare non potest hic a quibusdam
dicitur epenthesis a quibusdam penthesis
Et epenthesis dicitur ab epi quod est
super et thesis positio Unde epenthesis
.i. suppositio litere vel syllabe in medio dictio-
nis per inquam vel dicitur ab epen quod
est inter vel medium et thesis positio quia
positio fit in medio vel quia intipositio
Unde graecum Dignat epen medium
quod monstrat epenthesis ipsa
Paragoge est appositio quaedam
in fine dictionis litere vel syllabe ut ma-
gis pro magi et potestur pro potest Et
amarice pro amari Et potest ponere
in syllabica adiectione ut huiuste pro
huius hanc alii paralesim appellant
Et dicitur a para quod est iuxta et go-
gos ducere vel addere quia ducere vel ad-
dere fit circa finem dictionis
Afferesis est ablatio a principio dic-
tionis contraria prothesi ut tempno
pro contempno et mitte pro dimitte Et
dicitur a faeres quod interpretatur diuiso
et inde hec afferesis quia a capite diui-
sio .i. subtractio litere vel syllabe in principio
a natali quia te dictionis per inquam
Et ut scribunt per f vel ph vel auffere
sis dicit ab auferendo Et sic scribitur
per au unde in situs
Syncope est ablatio de media dic-
tione litere aut syllabe contraria apen-
thesi ut audacter pro audaciter et como-
rit pro commorit et dicitur a syncope quia
de medio cecidit vel ut dicit Donatus co-
pe graece lunae cesio dicitur Et quasi a sin
quod est con et dicitur syncopa .i. subtrac-
tio litere vel syllabe de medio dictionis qui
cipio .i. finis cesio Illud enim est quod
est inter primum principium et finem quae
est ipsa Dicitur vero syncopa dicitur in urbis
fieri et quia non ut supra dixi .i. a